

XI.

IPHICRATES,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Iphicrates adquiere reputacion por el cuidado que pone en establecer la disciplina militar.

Iphicrates, Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disciplinâ militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum verò in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit, nusquam culpâ suâ malè rem gessit; semper consilio vicit, tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim novâ attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur; ille e contrario peltam pro parmâ fecit¹, a quo postea pel-

¹ *Peltam pro parmâ fecit.* Porque en los autores se habla muchas veces de este género de armaduras, explicaremos aquí la figura de las mas nombradas. 1. *Scutum.* El escudo que se llevaba en el brazo izquierdo para recibir el golpe, tenia cuatro piés de largo, y mas de dos de ancho; estaba

*astæ*¹ pedites appellantur, ut ad motus concursusque² essent leviores. Hastæ modum duplicavit³; gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit, et pro sertis atque æneis linteas dedit⁴: quo facto expeditiores milites reddidit, nam, pondere detracto, quod⁵ æquè corpus tegeret et leve esset, curavit.

aforrado en cuero, y guarnecido de hierro en las extremidades. 2. *Clypeus.* El broquel no se diferenciaba del escudo sino en ser enteramente redondo. 3. *Cetra.* Broquel de cueros ó correas entretrejidas. 4. *Pelta.* Broquel en figura de una hoja de higuera ó de media luna. 5. *Parma.* Broquel pequeño de cuero crudo en figura oval. Cuando empezaba á servir alguno, llevaba este su broquel ó *parma* de menor tamaño y blanco; pero en señalándose con alguna proeza, tomaba otra *parma* mayor, y en su campo ponian los símbolos ó imágenes de sus hazañas.

¹ *Pellastæ.* Armados de broqueles de media luna.

² *Ad motus concursusque.* Para las evoluciones y ataques.

³ *Hastæ modum duplicavit.* Hizo las picas al doble largas. *Modus* significa medida.

⁴ *Linteas dedit.* Hizoles llevar lorigas de lino. Tenian mucho tiempo el lino á remojo en sal y vinagre; despues lo cardaban, lo ponian en diez y ocho ó mas dobleces, y á puro aporrearlo hacian una tela tan tupida y fuerte, que ninguna arma la pasaba.

⁵ *Quod.* Una cosa que.

CAPÍTULO II.

Ificrates hizo la guerra á los Tracios; obligó á los Lacedemonios á huir; se puso al frente de las tropas de los Persas que habia tomado á su sueldo; atajó la rapidez de las conquistas de Epaminondas. (Año 4 de la olimpiada xcvi, 595 antes de J. C.)

Bellum cum Thracibus gessit; Seuthen, socium Atheniensium, in regnum restituit. Apud Corinthum¹ tantâ severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græciâ neque exercitiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci; in eamque consuetudinem adduxit, ut, quum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis operâ sic ordinatæ consistentent, ut singuli a peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu *moram* Lacedæmoniorum interceptit²: quod maximè totâ celebratum est Græciâ. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit: quo facto magnam adeptus est gloriam. Quum Artaxerxes ægyptio regi³ bellum inferre voluisset, Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem, quem præficeret exercitui conductitio⁴, cujus nume-

¹ *Apud Corinthum*. Esta expedicion de Ificrates se llamó la guerra de Corinto.

² *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum interceptit*. Cortó el cuerpo de tropa de los Lacedemonios llamado *mora*, que es lo mismo que *pars*. Este cuerpo de Lacedemonios era una parte muy estimada de su infantería.

³ *Regi*. Acoro ó Acoris.

⁴ *Exercitui conductitio*. A las tropas extranjeras que habia tomado á su sueldo.

rus duodecim millium fuit. Quem quidem sic omni disciplinâ militari erudit, ut quemadmodum quondam *Fabiani*¹ milites romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Græcos in summâ laude fuerint. Idem, subsidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardavit impetus²: nam, nisi ejus adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quàm captam incendio delessent.

CAPÍTULO III.

Calidades de Ificrates: su hijo le echa en cara el haberse casado con una extranjera.

Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriâque formâ³, ut ipso aspectu⁴ cuius inieceret admirationem sui; sed in labore remissus nimis, parùmque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit; bonus verò civis, fideque magnâ⁵. Quod quum in aliis rebus declaravit, tum maximè in Amyntæ Macedonis liberis tuendis; namque Eurydice⁶, ma-

¹ *Fabiani*. Se llamaron fabianas las cohortes romanas que militaron bajo el mando del famoso Fabio, que con su prudente espera deshizo á Hanibal, que tenia ya á Roma en el mayor apuro.

² *Epaminonde retardavit impetus*. Detuvo la rapidez de las conquistas de Epaminondas. Ya veremos despues la vida de Epaminondas.

³ *Imperatoriâque formâ*. Presencia digna de un general.

⁴ *Ipo aspectu*. Con solo dejarse ver.

⁵ *Fideque magnâ*. Muy fiel en cumplir con su palabra.

⁶ *Eurydice*. Abuela de Alejandro Magno.

ter Perdiccæ et Philippi, cum his duobus pueris, Amyntâ mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis¹ in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali², simul cum Timotheo; eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressâ³ natum, Coti⁴ regis filiâ. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: « Matrem, » inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille: « Meritò, inquit, facio; nam pater, » quantum in se fuit, Thracem me genuit⁵; contra⁶ » mater, Atheniensem⁷. »

¹ *Placatis*. Porque una vez le quitaron el empleo.

² *Bello sociali*. En tiempo de la guerra que hicieron á los Atenienses sus enemigos confederados.

³ *Thressâ*. Nacida en la Tracia.

⁴ *Coti*. Rey de Tracia. Otros leen *Cotyis*.

⁵ *Thracem me genuit*. Porque se caso con mujer nacida en la Tracia.

⁶ *Contra*. Por el contrario.

⁷ *Mater, Atheniensem*. Porque se casó con un ateniense.



XII.

CABRIAS,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cabrias inventa un nuevo modo de pelear. (Año 4 de la olimpiada crv, 577 antes de J. C.)

Chabrias, Atheniensis. Hic quoquè in summis habitus est ducibus, resque multas memoriâ dignas gessit. Sed ex his elucet maximè inventum¹ ejus in prælio quod apud Thebas² fecit, quum Bœotiis subsidio venisset. Namque in eâ victoriâ fidente summo duce Agesilao³, fugatis jam ab eo conductitiis catervis⁴ reliquam phalangem loco vetuit cedere⁵;

¹ *Inventum*. Estratagema.

² *Thebas*. Capital de la Beocia.

³ *Agesilao*. Teniendo ya por suya la victoria el gran general Agesilao.

⁴ *Conductitiis catervis*. La tropa que habian tomado á su sueldo los Beocios.

⁵ *Reliquam phalangem loco vetuit cedere*. Mandó á lo restante de la infantería que mantuviese el puesto que ocupaba. *Phalanx* entre los Macedonios era un cuerpo de ocho mil hombres. Pero entre los demás griegos no tenia número fijo, y era un tercio ó cuerpo de infantería que en batalla guardaba una formacion tan cerrada, que las armas de los unos estaban trabadas con las de los otros.